Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



pte. In quo q̄s audet· in insipientia dico audeo et ego.
Hebrei s̄· et ego. Israelite s̄· et ego. Semen abrahe
s̄· et ego. Minister xpi s̄· et ego. Ut minus sapiens dico·
plus ego. In laboribus plurimis· in carceribus habundantius· in pla
gis supra modum in mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadra
genas· una minus accepi. Ter virgis cesus sum·
semel lapidatus sum· ter naufragium feci. Nocte et die in
profundo maris fui. In itineribus sepe· periculis fluminum·
periculis latronum· periculis ex genere· periculis ex gentibus· pe
riculis in ciuitate· periculis in solitudine· periculis in mari·
periculis in falsis fratribus. In fame et siti· in ieiuniis mul
tis. In frigore et nuditate. Preter illa que extrinsecus
s̄· instantia mea cotidiana sollicitudo omnium eccle
siarum. Quis infirmatur et ego non infirmor. Quis
scandalizatur et ego non uror. Si gloriari oportet· que in
firmitatis mee s̄· gloriabor. Deus et pater domini nostri ihu
scit qui est benedictus in secula· quod non mentior. Diuisio.

Damasci prepositus gentis arethe regis custo
diebat ciuitatem damascenorum· ut me comprehenderet.
Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum· et sic
effugi manus eius. Si gloriari oportet· non expedit quidem.
Veniam autem ad uisiones· et reuelationes domini. Scio